

Incipiunt Regule Orthographie per alphabetum compilate

Trascrizione dal Magliab. VIII, 1412 (f. 29v) a cura di Teresa D'Alessandro.

Circa orthographie doctrinam intenti primo scire debemus quid sit orthographia et unde dicatur, et quia ipsa consistit in cognitione literarum et sillabarum, videndum est de ipsis.

Sed primo quid sit litera, quod sillaba, et unde dicatur: Orthographia est ordinationis rectitudo literarum et in sillabis secundum vim et potestatem ipsarum¹.

Et dicitur ab ortos, quod est rectum, et graphia, quod est scriptura, modo orthographia, id est recta scriptura².

Litera est minima pars composite vocis³, id est constructionis et hoc quantum ad distinctionem orationis per vocem et non per significatum, vel sic diffinitur: litera est vox individua que scribi potest⁴; quarum diffinitionum prima datur in relatione ad suum totum, quod est oratio, secunda in comparatione ad suum genus, quod est vox. Sillabe duplex datur diffinitio; una dicit: sillaba est comprehensio literarum consequens sub uno accentu et uno spiritu prolata. Verum illa diffinitio non est proprie cuiuslibet sillabe cum unaqueque vocalium literarum sillabaque per se facere possit. Unde alia datur diffinitio magis generalis que sic datur: Sillaba est vox literalis que sub uno accentu et uno spiritu indistanter profertur⁵. Litera dicitur a lituris vel quasi litura a lino-nis quia antiqui solebant scribere in tabulis ceratis et postmodum linebant sive faciebant lituras cum digitis supra tabulis causa sciendi⁶ quod scripserant, vel dicitur a lego-is quasi prebens iter⁷ legendi sive legentibus⁸.

Et nota quod hoc nomen litera scribi debet per unum solum /t/ sine /c/ undecumque dicatur, ut Uguccio testatur expresse⁹.

¹ Parisius de Altedo: Orthographia est graphice ordinationis rectitudo literarum in similis secundum vim et potestatem singularum.

² Parisius: Item cum orthos, quod est rectum, et dicitur orthographia tractatus quidem que st recta scriptura.

³ Prisciano I,2-3: Litera est pars minima vocis compositae.

⁴ Prisciano, ibid.: litera est vox quae scribi potest individua.

⁵ Prisciano, II, 1-1: Syllaba est comprehensio literarum consequens sub uno accentu et uno spiritu prolata; abusive tamen etiam singularum vocalium sonos syllabas nominamus. Possumus tamen et sic definire syllabam: syllaba est vox literalis, quae sub uno accentu et uno spiritu indistanter profertur.

⁶ Scindendi ?

⁷ Ms.: inter

⁸ Parisius: Est igitur litera minima pars composite vocis, vel vox individua que scribi potest et dicitur a lino-nis, vel a lituris quia in tabulis ceratis antiquitus velut plurimum scribebatur in quibus scripta postmodum limebant, vel dicitur litera quasi legitera, quia legenti hominibus prebet iter.

Prisciano I,2-3: Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis antiqui scribere solebant.

Ugucione da Pisa, Deriv.,L 42,30, (p. 658): Item a lego et iter vel itero componitur hec litera-e, quasi legitera, quia legendi iter prebeat, vel quia legendo iteratur. Vel dicitur litera, quasi litura, a lino-is, secundum consuetudinem antiquorum, qui in ceratis tabulis solebant scribere et postea linere.

⁹ Ugucione, ibid.: Sed quaecumque derivatio vel compositio huius nominis sit debet hoc nomen tantum scribi per unum t.

Litere accidunt tria: nomen, ut a et b, figura sicut scribitur, et potestas /eo/ quod habet potestatem faciendi dictionem longam vel brevem in accentu¹⁰.

Sillaba vero dicitur a sillabin grece latine comprehensio, unde sillaba dicitur proprie comprehensio literarum et sic abusivo utimur nomine¹¹, ut Priscianus dicit: cum vocalis sillaba nuncupetur.

Literarum quedam sunt vocales, ut /a/e/i/o/u/ sic dicte quia sonum per se faciunt sine amissione soni alterius litere. Alie omnes sunt consonantes sic dicte quia miscent sonum suum sono vocalium. Harum quedam sunt semivocales incohantes a sono vocalium et finientes in se ipsas, ut /l/m/n/r/s/et x/.

Alie sunt mute, incohantes a sono suo et finientes in sonum vocalium, preter /F/, ut b/c/d/g/f/p/t/k/et q/, quarum sufficientiam, id est quod non sint plures quam pauciores omittendum puto, quia talia potius ad speculationem quam ad cognitionem recte scripture spectant. In hac ante divisione literarum non est facta mentio de /h/ quia non supradicta censetur litera, ut materia patebit. Y et Z invente sunt grecorum nominum causa, et sic figure literarum quibus utimur numero sunt XXIII¹².

Harum literarum varie sunt potestates, nam vocales per se sillabam facere possunt nec esse potest sillaba in qua sint plures vocales nisi sit diptogata, ut audio. Est autem diptongus coniunctio duarum vocalium in eadem sillaba, vim suam servantium, et dicitur a dya, quod est duo, et ¹³ptongus, quod est sonus, quia duarum vocalium sonum habet et sunt quatuor diptongi, scilicet: au et eu/ ae et oe.

Sed diptongus que variatur in /u/ tota scribitur et profertur, ut eunucus et audio; que variatur in /e/ nec ex toto scribitur nec profertur, ut Musae et Foenum; scribebant enim antiqui in similibus dictionibus sic diptongatis mediam diptongum quod secundum modernes nullo modo servatur et sic apparet quomodo litera vocalis habeat se ad sillabam, sed litera consonans per se multaque facere non potest,

(f.30r)

et sic superiungatur vocalis ad constitutionem sillabe. Sillaba constare potest ex una litera, ut puta, ex vocali ut /a/, ex duabus ut /ab/, ex tribus ut /abs/, ex quatuor ut /Mars/, ex quinque ut /stans/, ex sex ad plures ut /stirps/.

Si ergo tres litere consonantes precedunt vocalem, non secuntur nisi due, et si secuntur tres, non precedunt nisi due.

Nunc contra est sciendum quod secundum Priscianum si precedens sillaba desinit in consonantem necesse est quod sequens a consonante incipiat et e contrario, ut ille arduus, nisi in compositi, ut transeo-is et sic de aliis compositis in quibus prepositio accipienda est sillaba per se.

¹⁰ Parisius: **Accidentia litere tria sunt: nomen et figura et potestas.**

Prisciano: **Accidit igitur literae nomen, figura, potesta; nomen velut a,b**

¹¹ Prisciano: **vedi nota n.5**

Ugccione: **S 128, 1 (p.1094): Sillabin grece, latine dicitur comprehendere, unde hec sillaba, comprehensio literarum**

¹² **Ti-tres suprascripti**

¹³ **diptongus poi corretto**

Item si sequens incipiat a vocali, precedens debet terminari in vocalem et e contrario, ut pietas. Sed ut facilius sit doctrina, per alphabeti ordinem de una quaque litera est videndum aliquas regulas generales utiles et necessarias.

A – litera est vocalis que sillabam per se facere potest in principio, in medio et in fine et hoc idem de omnibus vocalibus contigit. Convertitur autem sive mutatur hec litera in omnes vocales: in /e/ ut facio-feci; parco-peperci; armatus-inermis; in /i/ ut amicus – inimicus, ex quo patet quod errat qui in hoc nomine (i)nimicus facit quod /n/ sit de sillaba sequenti, cum prepositio debeat integra remanere; in /o/ ut marmaton¹⁴ – marmor; in /u/ ut salsus – insulsus; ara – arula, unde dicitur: Vertitur /a/ vel in /e/ vel in /i/ vel in /o/ vel in /u/.

B – Litera muta est in qua nulla sillaba prima finit nisi se quem incipiat ab eadem in simplicibus dictionibus, ut sabbatum et obba¹⁵, sed in compositis alter est. Unde nota hanc regulam: si prepositiones desinentes in /b/ ut /ab/ sub/ ob/ componantur cum dictione a/c/f/g/m/p/l/r/ regulariter mutatur /b/ in sequentem literam, unde dicitur:

Rapis c/u/m/ fun/gor/ sub ob/ab/b/ sibi mutant, a /c/, ut accido, succido; ab /f/ ut suffugio; a /g/ ut fuggero; ab /m/ ut summicto; a /p/ ut oppono; ab /r/ ut surrideo; predicta tamen regula non habet ubique veritatem, nam sequente /r/ non mutatur interdum causa differentie, ut abrogo, abrado. Ne si arrado et arrogo non different putarentur composita a prepositione /ad/, sic ergo causa coincidentie evitande inter illud verbum abrogo compositum ex /ab/ et rogo, quod tantum valet quantum superbio, dicimus abrogo, id est destruo, contra regulam predictam. Hoc idem contingit in hoc verbo asporto, in quo mutatur /b/ in /s/ ad differentiam huius verbi apporto, compositum ex /ad/ quod aliud significat. Item simili ratione in hoc alio verbo aspello, /b/ mutatur in /s/. Similiter fallit predicta regula in hoc verbo aufero et aufugio in quibus /b/ mutatur in /u/. In preterito vero huius verbi aufero diximus abstuli in cuius compositione est /abs/ et non /ab/, quia /ab/ non componitur cum dictione incipiente a /t/ vel a /c/, sed eius loco componitur /abs/ ut abstraho et abscondo ut vult Priscianus. Item quandoque abiicit /b/, ut in¹⁶ hoc verbo omicto, ut patet pro Oratium¹⁷ qui ponit primam sillabam brevem huius verbi, ut ille quem sua culpa premet deceptus omicte¹⁸ tueri. Sic ergo fallit regula predicta in hiis verbis: abrogo / abrado / asporto / aspello / aufero / aufugio / et omicto. Unde dicitur: B mutatur in has / pec/ causam / fran/ ge / re / vo / ces /.

Inpedit additio, subtractio pollixenumque, in reliquis dictionibus compositis a predictis prepositionibus /b/ nec mutatur nec abiicitur, ut ab hinc, obdo, abluo, obloquor, abnego, et sic de aliis. Sed circa predictam regulam ne dubium possit occurrere, sciendum quod suscipio, sustuli, sustineo, suspicor, suspicio et suspiro, non sunt composita a prepositione /sub/, sed a sursum adverbio, et ideo in eis non scribitur /b/.

¹⁴ marmaron in Parisio

¹⁵ Abbo nel ms.

¹⁶ in: scritto supra

¹⁷ Or. Epist. O epodi (?), I, 18-79: fallimur et quondam non dignum tradimus: ego / quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.

¹⁸ (a margine: omicte)

f. 30v

Item notandum quod illa litera /b/ intercipitur eufonie causa, ut est quando prepositio /am/ componitur cum dictione incipiente a vocali, ut ambio quod componitur ex /am/ et eo, ambesus ex /am/ et esus et in quibusdam aliis, ut in¹⁹ ambages et in ambigit, unde dicitur: ac intercipitur cum vocali subit /am/ post. Sicut in ambesus, ambages, ambigit, ambit. Rursus sciendum quod si hec prepositio /ob/ componatur cum dictione incipiente a /c/ assumit /s/, ut obscurus quod componitur ex /ob/ et cura; obscenus, quod componitur ex /ob/ et ceno, vel cena, unde dicitur ob assumet /s/ si /c/ componere cures.

Sciendum preterea quod ille prepositiones habent differentiam in compositione. Nam /ab/ omnibus preponitur literis preter /c//q/ et /t/. A vero prepositio componitur cum dictionibus incipientibus ab /m/ vel /u/ consonante, ut amnes, aveho. Abs vero ante /c/q/ vel /t/, solum poni debet, ut abscondo, abscido, abstraho, abstineo. Unde dicitur: c/q/t/ motis /ab/ cunctis associatur. A componatur Iovem/mus quando sequatur, abs componatur si cunctus associatur, per hoc apparet quod errant qui in abscondo, abstineo et similibus /abs/ faciunt unam sillabam per se.

C – Litera muta est in qua nulla prima nec media sillaba finit nisi sequens incipiat ab eadem vel a /q/ et hoc tam in simplicibus quam in compositis habet veritatem, ut saccus, accurro quicquam ex quo ostenditur /c/ et /q/ habere eadem vim.

Verum puto hanc regulam predictam fuisse traditam a Prisciano de partibus declinationis, quia vidimus quod in illa dictione, nuncnon necne, predicta regula non habet veritatem. Unde dicitur, sillaba nulla cadit in /c/ nisi cumque sequatur. Et ubicumque in media dictione reperitur unum /c/ solum tunc debet poni cum sillaba sequente, sicut in istis dictionibus: factus, dictio. Sed dictio quando scribitur pro /c/ idem est quod pars orationis. Sed reperitur scriptum tantum pro /t/ solum sine /c/ et tunc idem est quod subiactentia vel potestas. Unde Virgilius: Vastabat Ciprum et victor dictione tenebat²⁰. Reperitur contra conditio, quia derivatur a condico, et tantum valet quantum pactum sive lex, sed reperitur conditio sine /c/ et tunc idem est quod compositio et tunc derivatur a condo-is, id est compono. Item c/n/q/ mutantur in has literas : in /u/ consonantem /x/s/g/t/ in /u/, ut quiesco-quievi, in /x/ ut dico-dixi, in /s/ ut parco-si vel peperi, mulceo-si; in /g/ ut quadraginta²¹, quingenti, septingenti, octingenti, in quibus dictionibus omnibus et similibus est /c/ in compositione et /g/ quia componuntur a centum. Nam si in huiusmodi compositionibus /n/ non precedat, non mutatur /c/, ut tricenti et sic de aliis. Si vero precedit /n/ tunc /c/ mutatur in /g/, ut patet in predictis exemplis. Item mutatur in /t/ ut nascor-natus. Item sciendum quod /c/ est de literis que causa euphonie interponuntur, ut sicubi et necubi a /si/ vel /ne/ et /ubi/ componuntur interposita /c/, unde de omnibus regulis predictis recollige hos versus : C quoque

¹⁹ in: scritto sopra

²⁰ Verg., *Aen.* I,622

²¹ a margine: quadringenti

transit in has vi/xi/ quibus adde sexaginta²², pars quingenta / natus / duxi que quievi. A precedente /c / g/ numeralia mutant. Ac/ intercipitur ut sicubi, nuncubi monstrat.

D – In /d/ sillaba nulla precedens terminatur in simplicibus nisi sequens incipiat ab eadem, dico autem precedens quia finalis sillaba bene terminatur in ipsam, ut apud et si quidem et similia. In compositis vero quinque mutatur, quinque no. Ideo secundum regula quotienscumque hec prepositio /ad/ componitur cum dictione incipiente a /c/f/g/l/n/p/r/s/ vel /t/ mutari debet /d/ in illas litteras. In /c/ ut accido, /f/ ut affero, /g/ ut aggero, /l/ ut allido, /p/ ut appono, /r/ ut arrideo, /n/ ut annuo, /s/ ut assideo, /t/ ut attineo, unde dicitur: C/or/fra/gans/le/nis/pi/ra/sal/tans/ d/ sibi mutat.

f.31r

Et licet dictum sit superius quod /d/ mutatur in sequentem litteram si componatur cum incipiente a /p/ vel /s/, fallit tamen predicta regula in hoc verbo aperio, composito ex /ad/ et pario, in quo est prima brevis ut patet per Ovidium dicentem: Tunc ego iubebo totas aperire fenestras²³.

Et fallit quotiens /ad/ componitur cum dictione incipiente ab /s/ sequenti alia et que abiiciunt /d/, ut ascondo, asto, aspiro, ratione istius regule generalis: nulla litera consonans geminatur sequente alia consonante nisi sequatur litera liquida, ut affluo et suffragor. Sunt autem liquide due /l/ et /r/. Unde dicitur: Et parit post /s/ si consona sit abiiciat /d/. Consonam non gemines ad consonam nisi sit /l/ vel /r/ ; est notandum ulterius quod in omnibus aliis dictionibus /d/ nec abiicitur nec mutatur. Ut adhereo, adhibeo, adduco, admicto, id est recipio, compositum vero ex /a/ et micto, id est perdo, adquireo, quidem verum licet Priscianus (?) dicat scribi per /d/ si quis tamen scribat per /c/ mutatur in tali compositione. De hoc verbum adsum dicunt quidam debere scribi per /d/ ad differentiam huius participi /assus/ sa/ sum, est tamen contra regulam supradictam, unde dicitur forsitan et assum cum similis, adsum /d/ mage servant. Item nota quod hec coniunctio /sed/ debet scribi per /d/, ut vult Priscianus et Uguicio, quia appocopatur secundum quod antiqui dicebant : haud aspiratum per /d/ finitur et est adverbium negandi, sed non aspiratum per /t/ scribitur et est coniunctio disiunctiva, unde dicitur : Haud aspiratum per /d/ vult esse notatum, non aspiretur per /t/ si quando notetur.

E – Vocalis incipere et finire sillabam potest sicut alie vocales. Hec contra litera preponitur et postponitur in diptongis, ut /ae/ et /eu/, sed quando postponitur ut dictum est diptongus non scribitur nisi media, ut muse.

Item hec litera mutatur in omnes vocales, in /a/ ut reor-ratus; in /i/ ut lego-diligo; in /o/ ut rego-rogo; in /u/ ut doceo-docui. Similiter antiqui dicebant faciendum, legendum, profaciendum, et cetera, in quibus et similibus scribebant /u/ per /e/, unde dicitur: E vel in a, vel in i, vel in o, vel in u, variat se.

²² ms: saginta (così anche in Parisio)

²³ Ov. *Remedia Amoris*, 411: Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras

Si ratus atque rogo, faciendum, diligo, cernas, notandum ulterius quod illa prepositio /e/ componitur cum dictionibus incipientibus ab istis novem litteris: b/d/g/

/l/m/n/r/ vel /u/ consonante. A /b/ ut ebibo, a /d/ ut educo, a /g/ ut egero, ab /l/ ut hic et hec et hoc elex, ab /m/ ut emicto, ab /n/ ut enitor, ab /r/ ut eruo, ab /i/ vel /u/ consonante ut evito et eiectio.²⁴

Cum aliis autem tam vocalibus quam consonantibus, debet componi ex, ut excidio, exeo, exigo, exosus, exuro, excurro, exquiro, extimo, unde dicitur: De /bi/le/ia/ne/

Vi/res/ma/gis/e/non/ex/sibi iungit.

Cetera cognosces /ex/ non /e/ et enim sumere recte.

F – quidam dixerunt esse literam semivocalem eo quod incipiat a sono /e/ et finiat in suum, sicut /s/ quod maxime videtur (?) esse primum semivocalium cuius opinionis contrarium vult Priscianus, quod ipse probat dicens quod semivocalis quolibet terminatam est dictionis quod non convenit huic litere /f/. Item commune ponitur ante liquidam in eadem sillaba et facit sillabam esse communem qui locus est mutarum et non semivocalium. Item quia scribitur loco /ph/, ut Orfeus sed /p/ litera muta est, sciendum tamen quod inter /ph/ et ipsam /f/ refert, quia /ph/ pronuntiandum est magis fixis labiis quam /f/.

Sciendum ulterius quod hec litera sillabam non terminat in simplici dictione, in compositis vero terminat sillabam, sed tunc ponitur loco alterius litere, ut affero et similia, de quibus dictum est supra. Nota contra quod mutatur in /b/, ut in hoc verbo sibilo, nam dicebant antiqui sifilo, unde dicitur: F si consequitur tunc in /f/ sillaba finit. F- sit /b/ dicito nunc sibilo sifilo quondam.

G – De hac litera /g/ primo videndum est quod ipsa tenet sonum suum²⁵ sequentibus /e/ vel /i/ ut gemma, ginagium. Sed sequentibus aliis literis mutat sonum, ut gallus, gula. Secundo scire debemus quod ipsa sillaba non finit nisi sequens incipiat ab eadem, ut fuggero, aggero. Unde dicitur: Si /g/ non sequitur nec in /g/ sillaba finitur. Tertio sciendum quod ipsa mutatur in /s/ in /x/ in /ct/ ut spargo-si, mergo-si;

f.31v

rego-xi, frigo-xi; ago-actus, lego-lectus; unde dicitur: G mutatur in /s/ et in /x/ similis accipe /ct. Quarto sciendum quod /n/ principalis sillaba recipit /s/ per prothesis ut natus-gnatus; notus-gnotus, unde ignotus, nosco-cognosco, navus-gnavus; narus, gnarus-ignarus.

Sed quidam dicunt quod /g/ est de integritate talis dictionis, secundum quosdam si tales dictiones componantur cum /in/, ut ignarus, /n/ non mutatur in /g/ hoc abiicitur. Similiter si nosco componatur cum /ad/, dicendum secundum eos quod

²⁴ A margine: vel eligo

²⁵ suum: supra scriptum

/d/ non mutatur in /g/ sed abiicitur, ut agnosco, ex quo patet qualiter predictae dictiones sint scribende, unde dicitur: Que tamen aufertur /n/ g quoque perveniente, aut in eam transit quod per agnosco probatur.

H – Ut incepto procedatur ordine dicendum est de /h/, sed quia ipsa non est litera, sed accidens litere est videndum que et quot sint accidentia litere, secundum quia non sit litera, demum aliqua sunt videnda de ipsa que conferet ad cognitionem recte scripture. De primo sciendum est quod cum unaquaque formalis essentia habent operationem primam et communem et litera sit quedam essentia, ideo habebit operationem primam et communem.

Prima vero operatio litere est per se facere sillabam vel cum alio. Per se et non semper, ut vocales, cum alio, ut consonantes.

Comunis operatio sive accidens litere est quincuplex, scilicet tempus, spiritus, cognatio, mutatio et ordo.

Tempus nihil aliud est quam literam posse produci vel breviari.

Spiritus sive aspiratio nihil aliud est quam literam suscipere sonum in principio vel in fine, ut postea dicitur.

Cognatio, que est tertium accidens commune litere, nihil est aliud quam literam posse habere convenientiam in sono aspirationis ipsius /h/ et sic dicendum est quod /c/ non aspiratum convenit cum /c/ aspirato, ut coram / et chorus, et similiter de /t/ ut totus et thorus.

Mutatio literarum nihil aliud est quam unam literam poni pro altera; sicut dicimus /a/ mutatur in /i/, ut habeo, adhibeo et sic de similibus. De ordine vero dicitur postea immediate declarata principali materia de /h/. De signo breviter sciendum quod

Priscianus utitur tali ratione ad probandum quod /h/ non sit litera, quia /h/ aut esset vocalis aut consonans. Non est vocalis quia vocalis potest per se facere sillabam quod /h/ nullo modo facere. Non est consonans quia aut esset semivocalis aut muta. Non semivocalis quia quelibet semivocalis potest dictionem integram terminare, sed in /h/ nulla dictio integra terminatur. Et videtur quod sic quia dicimus /ah/, /vah/, ille sunt terminationes appocopate et sic de similibus.

Similiter contra non est muta quia nulla sillaba potest esse ex pluribus duabus mutis iuxta se positis nec ex pluribus tribus consonantibus, sed /h/ ponitur cum duabus mutis ut richmus. Ne valet si quis dicat eam habere figuram litere, inscribitur inter alias literas quia contra scribuntur quedam figure literarum, ut²⁶..... que non sunt litere sed representant nobis dictiones quasdam. In proposita materia quatuor regule sunt notande quarum prima est quod nulla prepositio nec coniunctio aspiratur et hinc est quod erraret si quis scriberet abundo sive abundans et similia cum aspiratione, componitur enim ex ab prepositione et undo/undat, similiter abeo/bis, id est discedo, cum componatur ex ab et eo-is, aspirari non debet.

²⁶ I segni della c rovesciata

Et sic intellige de omnibus aliis dictionibus compositis a prepositione in quibus sepe erratur. Similiter /ac/ in quantum est coniunctio, debet scribi sine aspiratione, sed cum /h/ quando est pronomen.

Secunda regula est quod aspiratio proponitur omnibus vocalibus, ut habeo/hinnus/humus/hebeo/heres²⁷/ homo/ preponitur autem quatuor consonantibus tantum s/c/p/t/, ut thremes/michi/Philippus/chorus.

f.32r

Causam qua in ipsa preponitur vocalibus et consantibus amore brevitatis omictenda puto.

Tertia regula est quod si auferatur vocalibus aspirandis fit vitium non tamen mutat significationem dictionis, ut si habeo-es scribatur sine /h/ non tamen tollitur eius significatio. Si autem auferatur consonantibus ita coheret eis quod penitus significationis vim minuit. Ut si dicam Pilippus pro Philippus, secundum Priscianum.

Quartum sciendum est que sit dictiones que in principio aspirantur. De hiis vero que aspirantur in medio longum esset videre. Sed hoc tamen sciendum est quod nihil magis confert ad scientiam recte scribendi quam cognoscere naturas dictionum et earum originem. Sed ut facilius sit doctrina primo notandi sunt hii versus :

Hec aspirabis sed de reliquis dubitabis.

Haurit et hynnus /habet/herus/hirqus/hyems/hyat/hasta

Hic hebet /heret/heri/sic hebanus/humet et humum

Hora notans tempus /Hara caulam/ hortor et horret

Histrion sic hilaro / dic hebreus / herba vel hirna

Hinnit / hyas/ hamus/ hyspanus / hermaque sumpto

Hermo fraudita/ hystoria/ hex/ hesperus/ Hyster

Hostio dic et honor et habebis venientia quoque.

Has dictiones cum suis derivatis puto necessarias declarare per ordinem secundum scientiam Uguicionis :

haurio/ris/hausi/haustum per attignere.

Hic haustus/stus/stui el sorso vel el tracto. Hauritorium vel hauritorium, locus de quo hauritur / vel strumentum hauriendi, ex haurio/ris/, exhaustus/sta/stum. Et nota quod auris pro auricula non aspiratur nec ab illo verbo derivatur, sed est speciei primitive.

Hic hamus/mi, lamo; hamus id est macula lorice, la maglia et dicitur contra asset plenus clavis qui sub terra asconditur ut aliquos ledat. Hamis-tis, id est virga que retinet rete, id est la staggia ; hamo-as, id est decipio ; habeo-es et hic et hec habilis et hoc -le, asectato, hic habitus-tus-tui, habito-tas ; hec habena-ne lo redeno del freno et nota quod hoc verbum cum suis compositis tenet aspirationem nisi cum debeo et prebeo, ut adhibeo et conhibeo, id est oculos claudio vel assentio, inde cohibentia vel conniventia. Et reperitur cohibeo sine /n/ id est cogo, enim ab eodem verbo compositum et

²⁷ hebeo e heres scritti a margine

sic de aliis, unde dicitur: Aspires habeo nisi debeo, prebeo, enim hec est causa qua illa non aspiratur quia amictunt in compositione vocalem que aspirabatur, herus derivatur ab her / grece et latine terra, inde hic herus, id est dominus terre, hec hera, id est domina. Hic et hec heres-dis et hec hereditas/tis ; hic heros-dis²⁸, hec herodias-dis, id est baronissa ; heroicus/ca/cum, hic hirquus, id est oculorum angulus ubi putredo colligitur ; hic hircus-ci, caper, id est el becco. Hirsutus /a/um, id est pilosus ut hircus²⁹ et hirus/a/um per sincopam vulgariter dicitur arricciato vel rabuffato ; hic hiritallus/li, id est puer libidinosus et lascivus. Hec hyems dicitur ab emis quod greci dicunt dimidium ; hybernus/a/um, id est tempus iemale, vel quod est inter iemem et ver. Hec hybernia/e, id est provincia quedam multum frigida. Hoc hermitogium³⁰ ab hermis et toga quia sic media toga, hoc hermisperium, id est dimidium spere, sed hoc est alius scientie declarare ; hyo-hyas, id est aperio-as ; inhyo-as, id est desiderio habere vel conari compositum eius. Hic hyatus/tus/tui, id est aperitis oris, id est el sbaviglio et concursus vocalium ; hyatus/ti, id est baccus ; hysco/scis, incohativum et deberet facere hyasco sed propter pulcriorem sonum dicimus hysco. Hasta derivatur ab hoc nomine astus, id est callidus et astutus, quia astutum querit hominem et inde

f.32v

hoc hostile et aspiratur, hasta licet derivatur a nomine non aspirato et causa est, ut dicit Uguicio, ad differentiam huius verbi asta ; hebeo/es id est pigreo vel tardo, vel coeor/ hebeto/tas, obscurare et hic et hec hebes/tis, id est piger vel obscurus ; hereo-res-si-sum, id est iniri, morari et dubitare. Nec heremus/mi, id est locus ubi non habitatur. Hic et hec heremita ; hec hirudo-dinis, id est sanguisuga. Hic herebet, id est infernus ; hec heresis, hereticus /a/um, adhereo, inhereo et similia composita heri adverbium.

Inde hexternus/a/um, sed reperitur externus/a/um ab extra derivatum et tunc non aspiratur, nec habent eadem significationem, ut patet. Hec hebanus, arbor est, hoc hebanum, lignum illius arboris. Humeo derivatur ab humus, id est terra humida, inde humo/as, id est sepelio. Hic humor, humidus/a/um, humectus/a/um et sunt idem humecto/as, hic et hec humilis et hoc -le ab humus. Item homo/ humanus/a/um, humano-nas et similia; hoc himen-nis³¹, producta e pellicola in qua puer involvitur in ventre matris.

Hic humitus, dies nuptiarum, hora pro tempore aspiratur, sed pro contrata, vel pro extrema parte vestimenti, non aspiratur. Orarium dicitur ornamentum apponitum margini vestium, et sic non aspiratur; sed ab hora aspirata, hoc horilogium³², loriuolo et aspiratur. Hara notans caulam, id est stabulum, aspiratur, sed ara per altari non aspiratur. Hortor-ris et eius composita sunt intelligenda, ut adhortor, cohortor et conhors derivatum et sic de aliis. Horreo-es, id est timeo, inde horribilis/le, horridus/a/um, inherreo et per horreo composita. Histrionis, id est ioculator et dicitur ab

²⁸ a margine: vel herois

²⁹ a margine: vel hirtus

³⁰ a margine: vel hemitogium

³¹ a margine: hymeneus

³² supra: horologium

histrion quod est gesticulari, id est travagliare. Hilaro/as, id est letifico, inde hilaris/re quod quidam corrupte scribunt per duplex /l/ et verba composita, ut exhilaro et cetera. Hebreus/a/um Iudei vocati sunt, hoc nomine post transitum maris rubri, nam heber proprium nomen est et interpretatur transitus. Herba dicitur ab arvo cuius derivata scire facile est, quia non sunt transformata a voce primitivi, ut herbeus/a/um, id est de herba factus; herbosus/a/um et cetera. Hec hirna-ne, id est salsicia, hec hilla/le diminutivum, id est parva salsicia. Hic hilus vel hoc hilum quod ad haberet fabe vel medulle pene inde componitur; hic et hec exhilis et /le, id est tenuis. Item antiqui dicebant hillus/a/um, id est ullus, a nisi et illud sincopatur³³ et dicitur hoc nil et inde hic et hec et hoc nichil, da niente, et nichilipendo/is, verum que omnia recipiunt³⁴ aspirationem in compositione. Himnio/nis, cum suis compositis, e quorum est hoc hydias-dis quodam signum celeste et dicitur ab hyacos grece et latine pluvia quia ortu suo pluvias facit. Hinnus, id est laus dei cum cantico ; hinnista qui canit himnos et similia. Hispanus rex quidam fuit a quo Hispania dicta est. Herma, ymago vel statua Mercurii et dicitur ab hoc nomine hic Hermes/nis vel tis, id est Mercurio et dicitur ab hermene grece et latine interpretatio, inde hec hermenia, id est interpretatio et facit genitivum herminias, secundum grecam declinationem, et cum dicitur liber per iherminias, est genitivus grecus et est sensus, id est liber interpretationis. Greci enim carent ablativo et ideo ponunt suas prepositiones cum grecis, nam /peri/, id est de prepositio greca. In hoc nomine dialetici multum errant facientes de duabus dictionibus unam, et contra corrupte scribunt ; Hermes componitur cum frodita quod est Venus et dicitur Hermafroditus filius Veneris et Mercurii, vel hermafrodita ille in quo uterque sexus reperitur. Hystoria dicitur ad hystorim quod est videre vel cognoscere. Antiquitus enim nulli licebat scribere nisi qui interfuisset.

f. 33r

Hex dicunt greci sex et componitur cum metrum et dicimus hexameter/a/um quod constat ex sex metris vel pedibus. Hic hesperus, id est stella occidentalis que in vespero post solem apparet et dicitur ab hespera grece latine hora que est inter diem et noctem, inde hec hesperia/e, id est hispania ; dicitur contra Ytalia ab Hespero, fratre Athalantis qui pulsus a germano Ytalam venivit. Hic Hister fluvius qui Danubius dicitur, hister/a/um nomen gentile dictum ab Histria, quod est nomen regionis, unde hic histrix/cis, animal spinosum, quia in illa terra abundet.

Hostio-is-vi-tum, id est equo/as, inde hoc hostimentum, id est equamentum, hoc hostorium, lignum cum quo stariusequitatur quod vulgo dicitur larasiera.

Item hic et hec hostis, a quo dicitur hoc hostium quia hostem moratur, hic hostiarius et hec hostiaria, inde hic et hec hospes/tis, quasi hostium petens. Hospitus/a/um, illo tamen nomine non utimur nisi in duabus vocibus, scilicet hospita et hinospita, hospitor-aris, hoc hospitale-lis, hic hospitalarius, hec hospitalaria, hoc hospitium, et licet ab illo verbo multa alia deriventur, tamen non est usus ipsa aspirare. Honor/ris, ab honoro/as, inde hic et hec honorabilis et /le. Item

³³ a margine : et apocopatam

³⁴ a margine: et apocopatam

honestus /a/um et honesto/as, honestum facere; dehonesto/as, id est ab honestate remove. Item honorifico/cas, et similia. Similiter sciendum quod hec non sunt nomina propria neque greca nec dictiones simplices que in medio aspirantur. Item presuppono notum quod /heu/ debet scribi per /h/ dum significat dolorem, sed sine /h/ significat gaudium. Item /h/ mutatur in /x/, ut traho-traxi.

Quia de ordine litterarum facta est mentio, ideo sciendum quod ordo in litteris nihil aliud est quam unam litteram alteri preponi, sed primo de semivocalibus videndum est, de vocalibus non quia per iam dicta notum est. Sciendum ergo quod due semivocales, scilicet /m/ et /s/ aliis duabus semivocalibus preponuntur in eadem sillabam, nam /s/ preponitur /m/ ut Smirnia, /m/ vero preponitur /n/ ut omnis, amnis, et sic de similibus, unde quotienscumque ille litere /s/m/ vel /n/ reperiuntur iuxta in dictione sunt pro una sillaba accipiende. Unde dicitur: /M/ preponitur /n/ in eadem ceu probat amnis et omnis ; /s/ preponitur /m/ ceu probat Smirna, smaragdus. Dicto qualiter due semivocales ante vocalem ordinantur. Nunc sciendum quando post vocalem due semivocales possunt poni, post vocalem dummodo ultima sit /s/ et precedens sit liquida et sunt liquide /l/m/n/r/, ut puls-tis, ars/tis, iens/euntis, fons/tis, vel possunt sic ordinari quod prima sit liquida et ultima sit /x/, excepto /m/ quod non precedit /x/, ut falx-cis, arx-cis, lanx-cis, unde dicitur: Si sine loca omni liquida pereunte. Illud idem facit /x/, sed /m/ numquam preit illam.

Uso de semivocalibus inter se / nunc de mutis sciamus, notandum quod /c/ et /p/ post vocalem preponuntur /t/ in eadem sillaba, ut aptus, diptongus, actus, factus et sic de aliis. Sed /b/ et /g/ preponuntur /d/ ut abdomen, id est pinguedo in ventre porci, amigdalus, Magdalena, et sic de similibus.

Unde dicitur : c/p/ precedunt /t/bo/gat/d/que preibunt.

Amplius videre restat de ordine semivocalium ad mutas, unde sciendum quod nulla semivocalis mute preponi debet, nisi /s/ et hoc solum preponitur hiis litteris /b/c/t/p/q/, ut Sbarca, scutum, spes, status, squalor, de quo dicitur in versu : Ba/ca/ pe/ut/que/preit/has/sola/s/quoque solum. Nec si abiiciam de hiis dictionibus : ast/post/vult/fert. Sunt enim concise dictiones, quia /ast/ ponitur pro /ad/, /post/ pro postea, /vult/ pro velit, /fert/ pro ferit. Ulterius notandum quod mute preponuntur semivocalibus liquidis in eadem sillaba, hoc modo quod /c/d/g/t/ preponuntur /m/, ut Alcmene, Admonius, nomen fluvii, agmen, icmos, id est flos, dragma, id est questio sive interrogatio³⁵, sed dracma/e per /c/

f.33v

quodam genus ponderis, scilicet octava pars uncie. Sed aliis liquidis, videlicet l/r/n fere omnis mute preponuntur in eadem sillaba, ut blandus, clarus, abdomen, flavus, gladius, planus, crudus, gnarus, Ethna, brevis, creber, gratus, frater, pratum, tractus et sic de similibus. Unde dicitur : N sed subtracta tibi candor gratus adheret.

Et preponuntur mute liquidis tamen omnes. Verum illa regula fallit in hoc quod /h/ et /f/ non preponuntur /n/.

³⁵ a margine: questio

Item /p/ preponitur /s/, ut pseudo/psalmus/psillus. Sciendum contra quod si aliqua litterarum sequentium terminat sillabam sequens incipere debet ab eadem, scilicet /p/, ut appono, /c/, ut accedo, /t/, ut attineo, /d/, ut addo, /s/, ut assideo, /b/, ut abbas; ex quo patet quod si aliqua istarum inveniatur sola, in media dictione debet sillabari cum sequente sillaba et non cum precedente, ut aptus, ... ???..., id est loca delectabilia, tantum pluralis numeri /n/ generis et idem, et in tribus casibus : nominativo, accusativo et vocativo, lectus, dampnum, indemnis³⁶ et sic de similibus. Unde dicitur : vox (nox)/cite/ de/ sabba/ similem sibi iungere volunt.

Sed sciendum quod quidam volunt scribere more predictarum dictionum temno-is et solemnus cum /p/ quod ex toto Uguicio vetat dicens quod solemnus cum derivatis suis scribendum sit per duplex /n/ et non per /m/ et per /p/. Similiter tento-tas, frequentativum huius verbi teneo³⁷, tantum per unum /n/ scribendum est cum derivatis suis ut tentatio in quibus multum erratur. Item nota quod sicut prepositiones numquam pronuntiatione vel scripto separande sunt, ita dicunt quidam has litteras non separandas: /b/d/ ut ebdomada, /g/d/ ut amigdalus, /g/m/ ut agmen, /g/n/ ut magnus, /s/p/ ut spero, cuspis, /s/c/ ut luscus, /s/t/ ut asto, /s/b/ ut Tisbe, /s/m/ ut psalmo, scisma, /s/q/ ut tesqua, /t/p/ ut aptus, /p/s/ ut lapsus, c/t/ ut alectus; /t/n/ ut Ethna, /x/t/ ut extra, mixtus, /m/n/ ut omnis. Quidam alii de quibusdam horum contrarium dicunt. Patet ex dictis quod tres consonantes possunt precedere vocalem vel sequi, dum due sint semivocales et una muta, ut urbs. Item post vocalem possunt poni /n/t/, ut legunt.

I - Amplius ad inchoatum principio ordinem reducendum est, unde quia post /h/ imediate ordinatur /l/, sciendum quod hec littera /i/ vocalis in omnes vocales³⁸ transit. Nam transit in /a/ ut genus, generis, generatim, paulus/a/um, pauli/paulatim ; in /e/ ut fortis, forte ; in /o/ ut pater-patris – patronus et olli pro illi ; in /u/ ut rapio-pui ; lubens dixerunt antiqui pro libens.

Item sciendum quod hec vocalis sicut et /u/ transit in consonantem et duplicem vel in simplicem, ut in principio dictionis. In duplicem quando ponitur inter duas vocales in medio dictionis, ut maior, peior ; quandoque reperitur simplex, ut reice. Sed notandum propter illud exemplum quod iacio/cis, quando componitur mutat /a/ in /i/ imperfecti, ut adiicio, abiicio, coniiicio, disiicio, eiicio, deiicio, iniicio, proiicio, subiicio, obiicio, traicio, que omnia composita scribi et pronuntiarum debent per duplex /i/ et primum est consonans alterum est vocale. Si ergo iacio componatur cum dictione desinente in consonante prima debet produci positione, sed aliquotiens corripitur, quia consonans tacetur. Item in abusum venit /i/ consonantem scribere /g/ ut in hoc exemplo maiister, nam secundum Uguicionem, debet scribi per duplex /i/ primum consonans, alterum vocale. Et dicamus maiister id est maior in statione, sicut minister, id est minor in statione.

f.34r

³⁶ a margine: damnum-indemnis

³⁷ a margine: temno

³⁸ scritto a margine in omnes vocales

Sed quia /i/ consonans valde convenit cum sono /g/ ex vitio idiotarum, consuetudo transivit apud provecos ut scribatur per /g/. Similiter maius – maii pro mense scribitur per /i/, quia dicitur a maioribus ut idem testatur Uguccione. Quidam vero scribunt per /d/ ut madius quod ex toto est corrupte dictum. In hoc nomine deus in plurali numero debet scribi per duplex ii, licet tantum unum pronuntiatur sicut in plurali, in hoc nomine /is/ ea/ id/ debet scribi ii et est duplex causa, una causa videndi coincidentiam ne si dicatur di/ putetur prepositio et /i/ verum secunde persone imperativi modi, et quia de consuetudine antiquorum erat ut longa vocalis quantum ad scripturam generetur sic ergo adhuc antiquam scripturam servamus in scriptura harum ditionum ut vult Uguicio, huius tamen dicitur contrarium per quosdam qui vel auctoritate Uguicionis non curant, vel illam forte non viderunt.

K – Litera muta sed primum penitus est supervacua que in sono eadem habet potestatem cum /c/, hanc literam secundum Uguicio scribimus tantum in nominibus nathis, id est a grecis derivatis. Nam ubi nos scribimus /c/ greci scribunt /k/. Si tamen talia nomina scribantur per /c/ nullum est vitium, ut karisma et Cartago, sive scribantur per k sive per c, nulla differentia est. In omnibus vero grecis scribitur k, ut Kiri eleyson, id est domine miserere, et debent esse due partes.

L - Litera semivocalis mutatur in tres literas videlicet /x/r/s/, ut paulum, pauxillum; velum, vexillum, in /r/ ut rabula, raberna; in /s/ ut vello/vulsi, quandoque subtrahitur ut percello-perculi, pello-pepuli, quandoque intercipitur, ut obliquo/as quod componitur ex /ob/ et equo/as. Hec potest terminare sillabam quacumque consonante sequente, preter /h/k/q/r/ et /i/ consonante, ut albet, ulcus, valde, provalide, algeo, ulmus, alnus, culpa, fulsit, alter, mulxit, unde dicitur: L sequitur quevis /h/i/k/q/r/ quoque remotis.

M – Mutatur in /n/d/c/t/q/f/ sequente /d/, ut tantundem, eorundem, venundo; sequente /c/, ut nuncubi, ancilla quod componitur ex /am/ et cilleo. Sequente /t/ ut identidem; sequente /q/, ut tanquam, /f/ ut anfractus, anfusus³⁹. Unde dicitur : M mutatur in /n/ de/ quin/ta/fe/ce/sequente. Item quandoque mutatur in duplex /s/ ut premo-pressi, quandoque assumit /ps/ ut dems-dempsi, como/compsi, quandoque assumit solum /p/ ut emo-emptum. Nam /m/ ante /t/ stare non potens, regulariter assumit /p/. Notandum ulterius quod nulla precedens sillaba finitur in /m/ nisi sequens incipiat ab eadem, vel a/b/ vel a/p/, ut summo, consumno, cambio, campsi, ut dicitur: M non stat fine / nisi mens / pro/ ba/ sit comitem (qualcosa a margine).

Item quotienscumque hec prepositio /circum/ componitur cum dictione incipiente a vocali /m/ scribitur ut videatur de integritate dictionis, sed non profertur, ut circumeo, in quo /m/ scribitur sed pronuntiando tacetur, unde dicitur: compositum circum vocali concomitante. M non profertur sed sola figura tenetur. Demum non inutile est scire quod sunt quedam dictiones in quibus erratur scribendo duplex /m/ ubi debet scribi solum unum; sumo-mis scribi debet per unum /m/ sed summo-as, derivatum a summa debet scribi per duplex cum suis compositis ut consummo et sic de aliis.

³⁹ anfusus ma ancisus nel testo

f. 34v

Scribitur contra /imo/ adverbium eligendi corrupte per duplex /m/ quod scribi debet per unum solum, ut vult Uguicio.

Item idem Uguicio vult quod numus, id est denarius scribitur per unum /m/ quod derivatur a numerus vel a Numa imperatore qui primus apud romanos effigiem dedit pecunie.

N – Transit in plures literas, videlicet in /c/g/l/m/r/s/t/et u consonante. In /c/ ut ecquis pro enquis, in /g/ ut ignosco/cognatus, in quibus, ut quidam volunt, /n/ mutatur in /g/; in /l/ ut catena-catella, vinum-villum; bonus-bellus; in /r/ ut corripio; in /s/ ut pono-posui; in /m/ propter quod notandum quod si ille prepositiones /in/ et /con/ componatur cum dictione incipiente a /b/p/m/n/, mutatur in /m/, ut imbuo, impius, imminuo. Similiter si componatur cum dictione incipiente ab /l/ vel /r/ mutatur /n/ in litteras illas, ut⁴⁰ corripio et irrito. Unde dicitur: N /p/ vel /b/ numquam vult /n/ fore per se; impius ergo loco si vis bene dicere dic /m/. N mutatur in /l/ vel in /r/ si forte sequetur. Cum nunquam componitur. Con/solum componitur et nunquam per appositionem iungitur partibus ut patet. Item quotienscumque con et circuponantur ut iam dictum est cum dictionibus incipientibus a vocali, /n/ et /m/ abiiciuntur. Ut coeo, preter quam in comedo, in quo /n/ mutatur in /m/ et nisi littera interponatur, ut conburo, in quo interponitur /b/, unde dicitur: Si /con/ vel /circum/ vocalibus associetur, m/ vel /n/ abiicias sed in comodo tollas. Sciendum quod hoc aliquando abiicitur, ut linqueo-liqui, coniunx-coniugis, amissa /n/ in genitivo, ne si dicatur coniungis verbum putetur, ut vult Priscianus.

O – mutatur in /a/ ut creo-creavi, in /e/ ut bono-bene; in /i/, ut virgo-virginis, in /u/ ut tremo-tremui.

P – Non potest sillabam finire nisi sequens incipiat ab eadem. Sic ergo in hiis nominibus /ceptus/ captus et similibus oportet quod /p/ sit de sequenti sillaba. Unde dicitur : P/ nisi /p/ sequar⁴¹ precedens sillaba tollit. Item quandoque duplicatur, ut reperio-repperi.

Q – Sicut K eadem habet potestatem cum /c/ et ponitur ante /u/ sequente altera vocali demonstrat quod /u/ perdit vim littere, ut loquor, sicut /g/ preponitur /u/ amittenti vim littere. Ponebant contra antiqui ut recitat Priscianus pro /cu/ sillaba /quu/ scribentes arquus, pro arcus et sic de aliis. Sciendum quod hec littera /q/ transit in /c/ ut loquor-locutus ; sequor-secutus, cuius presens scribitur per /q/ et gerundium ut sequendi/do/dum, et participium presentis ut sequens, sed participia preteriti et futuri et supina et verbalia scribuntur per /c/. Similiter pedissequus /a/ um debet scribi per /q/ vel quando scribitur /e/ scribatur per /c/, ut pedissece, sed quando scribitur /a/ vocalis scribitur per /q/, ut Uguicio de hiis omnibus testatur.

Item mutatur in /x/ ut coquo-coxi. Item in /s/ ut torqueo-torsi. Sciendum ulterius quod /q/ et /k/ nullam sillabam terminant. Unde dicitur : Exceptis K et q reliquas intelligo finire. Est contra utile scire quod quotidie quod compositum

⁴⁰ a margine: collido, illimis, illustris, polluceo

⁴¹ a margine: sequitum

ex quot et die et quotidianus vitiose scribuntur per /c/, ut vult Uguccio. Scribi enim debent per /q/ sicut quot quod est in compositione harum dictionum.

Credo contra quod quondam adverbium temporis non debet scribi per hanc figuram et cum ipsa ponatur pro illa sillaba /con/, sed quondam videtur trahere originem a quidam quod per /q/ scribitur.

R – Transit in quatuor litteras, videlicet /l/s/n/ et /u/ consonantem. In /l/ niger-nigellus, in /s/ ut quero-quesivi, uro-ussi, in quo transit in duplex /s/ in /n/ ut eneus pro ereus, in /u/ consonantem ut tero-trium. Unde dicitur R transit in has /vi/ sum /li/ nunque sequentes. R potest sillabam terminare quacumque consonante sequente,

f.35r

preter quam sequente /r/, ut morbum, parcus, ordo, perfidus, margo, perhibeo, perlego, carmen, Sarnus, morsus, artus, Serxes. Item hec littera quandoque mutatur in /l/ in compositis, ut intelligo, pelluceo, perluceo, ut vult Priscianus.

S – quandoque mutatur in /d/ ut Perses-sidis, quandoque in /n/ ut sanguis-nis, quandoque in /r/ ut flos-floris, quandoque in /m/ ut hec prepositio /dis/ que componitur cum minuo et dicimus diminuo mutata /s/ in /m/, ut vult Priscianus et Uguccio. Unde illud verbum diminuo, cum suis derivatis, corrupte scribitur per unum /m/ quia scribi debet per duplex /m/ ut patet ex dictis. Quandoque mutatur in /u/ consonans, ut bos-bouis, quandoque in /x/ ut pistris pro pistris, quandoque in /t/ ut virtus-tis, unde dicitur: S/facit/m/facit n/r/x/t/ facit /u/ consonante.

Sciendum contra hec littera quando ponitur inter vocales non expresse sonat ut esurio, alter expresse sonat, ut salve, considero et similia. In /s/ nulla prima sillaba latina finit in simplicibus dictionibus nisi sequens incipiat ab eadem, et dico in latinis, Israel bosca, sunt barbari, in quibus /s/ ponitur⁴² quando /r/. In compositis verum terminat sillabam sequentibus aliis consonantibus. Nam si prepositiones desinentes in /s/ componantur, tunc finit sillaba in /s/ ut abscondo, absporto, transcurro, displiceo et sic de similibus. Sed dictum est supra cum quibus componatur /abs/ et cum quibus /ab/, ideo omni est necesse nunc dicere. Hec regula colligi potest in hoc versiculo: In /s/ finitur sillaba cum /s/ geminatur. At in compositis quevis alia concomitatur. Nota has regulas: quotiescumque hec prepositio /trans/ componitur cum dictione incipiente ab /n/ vel /d/ vel /i/ consonante, abiicitur /ns/ ut trado, terreo, traicio. Aliis quibuscumque litteris sequentibus manet integra, ut transcurro, unde dicitur: C omnis corrumpetur si dux ia /num comitetur. Hec prepositio /dis/, secundum Priscianum componitur omnis dictione incipiente ab /f/ /i/ consonante, /p/c/t/et s/. Ab /f/ ut diffido, differo, sed sciendum quod quotiescumque /dis/ componitur cum dictione incipiente ab /f/, ut in predictis exemplis /s/ mutatur in /f/, ab /i/ consonante, ut disiungo, a /p/ ut disputo, a /c/ ut discuro, a /t/ ut distraho, ab /s/ ut dissectio, aliis quibusque consonantibus sequentibus componitur di/ vel /dis/, sed /dis/ iam/ pre/ sul fa/ ci to/ de dis. Videtur predicta regula fallere in hoc participio disertus quod scribitur per unum /s/ ut patet per Oratium:

⁴² a margine: ante

fecundi calices quem non fecere disertum⁴³; tamen quidam dicunt quod componitur ex dis et aro⁴⁴ et sic non fallit regula.

T – Mutatur in duas litteras, videlicet in /s/ et in /x/. In /s/ ut micto-misi, verito-versum⁴⁵; in /x/ pecto-pexui, quando antecedit /c/. Unde dicitur: T/ transit in /s/ et in /x/ si /c/ manet ante. Item hec littera causa euphonie intercipitur⁴⁶, ut identidem, quod componitur ex idem et idem interposita /t/. Nota hanc regulam quod hec littera /t/ posita ante /i/ assumit sonum /c/ sequente vocali, ut amatio-amacio, sed fallit quatuor modis : uno modo quando /s/ vel /x/ precedit, ut Salustius commixtio, alio modo quando aspiratio sequitur, ut Mathias, comithios; alio modo in hiis duobus genitivis, vitium qui est genitivus huius nominis vitis et hoc sit ad differentiam huius nominis hoc vitium sic et in genitivo litium qui est genitivus huius nominis, lis-litis, ad differentiam huius nominis hoc litium. Fallit contra in dictionibus compositis, ut vigintiuus/a/um. Est tamen advertendum quod ille sonus /c/ non semper scribitur per /t/ quia plerumque per /c/ ut facio, sed quando scribendum sit /c/ vel /t/ providus scriptor advertat tum ex usu, tum ex derivattione, compositione et condeclinio. Nota hos versus de predicta regula : T sonus admittitur /i/ vocalem concomitando, ni precedat /s/x/ et nisi composita forent.

f.35v

Sic vitium / litium et /h/ dum media tollas. Item hec littera /t/ non terminat sillabam primam nisi sequens incipiat ab eadem. Ut attineo, mitto et hoc verum habeat in declinabilibus et hoc dico quia in hac dictione atque finit sillabam /t/ sequente /q/, unde dicitur : Si /t/ non sequitur / non in /t/ sillabam finitur.

U – vocalis quandoque mutatur in /a/ veredus-veredarius⁴⁷, quandoque in /e/ ut pondus-ponderis, quandoque in /i/ ut cornu-cornicen, quandoque in /o/ ut nemus-nemoris.

X – Vim habet duplicis consonantis, modo /cs/ modo /gs/ et transit in has litteras /c/g/f/ et /u/ consonantem. In /c/ ut pax-pacis, in /g/ ut lex-legis, in /f/ ut officio, in /u/ consonantem ut nix-nivis. Nulla sillaba terminatur in /x/ in media dictione nisi sic composita ab hac prepositione /ex/, unde notandum quod illa prepositio /ex/ manet integra cotienscumque componitur cum aliqua dictione incipiente a vocali, vel ab hiis quinque consonantibus /c/q/p/t/s/ ut exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro⁴⁸, exquero, expeto, extraho, exequor. Voluerunt quidam quod in exequor remaneret /s/ quod non est verum, iuxta id quod dicitur. /x/ precedente fugit/s/ de parte sequente. Sicut⁴⁹ que in aliis, ut exanguis, quod componitur ex /ex/ et sanguis. Si autem hec prepositio /ex/ componatur cum dictione incipiente ab /f/, tunc mutatur in /f/, ut officio, efferro, unde dicitur : /x/ tunc mutatur /f/ littera si comitatur. Cum quibus autem dictionibus

⁴³ Hor., *Epist.*, I,5,19. Stesso esempio in Uguccone p.1087

⁴⁴ a margine: ars

⁴⁵ a margine: verti vel necto-nexui-xii

⁴⁶ a margine corr.: interponitur

⁴⁷ supra: id est portator litterarum

⁴⁸ a margine: excido-dis

⁴⁹ a margine: etiam

componatur /e/ et cum quibus ex dictum est superius hoc exenium, id est munus, a quo per compositionem hoc exenium, el presente, de hoc facta est mentio quia sepe corrupte scribuntur per /s/.

Y – Idem elementum representat cum vocali. Sciendum quod non utimur /y/ nisi in grecis vel barbaris dictionibus.

Z – Vim habet duplicis consonantis, ideo dicitur littera duplex, pro hac vero littera sed (secundum) quod dicitur per quosdam usque ad tempus Augusti ponebatur duplex /s/ quod adhuc de consuetudine quorundam civitatum servatur.

Hec littera ut vult Priscianus causa grecorum vel barbarorum nominum est inventa, unde solum in illis scribenda est.

Sciendum contra quod hec littera sicut /x/ non potest poni in principio sillabe sequente alia consonante, ita ipsa, et hoc est quia ambe, videlicet /x/ et /z/, duplices sunt. Hec littera non finit sillabam per⁵⁰ hoc patet quod male scribunt quidam quasdam dictiones per duplex /z/, in quo pluribus modis erratur, ut de se patet cum nulla duplex geminari possit. Si ergo in media dictione sit /z/ tunc vel omne quod precedens sillaba terminetur in vocalem, vel in /n/ vel in /r/, ut gaza, zinzibar, zucaram, aborzones, nomen regis, manzo. Unde dicitur: finitur vocalis /n/r/z/ sequente.

Expliciunt regule orthographie prudentis viri maiistri Gori de Aretio.

⁵⁰ a margine: et